Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Statur.

47) Eutropius l. 9. Omitto autem Maximinum Juniorem, uti et Pupienum, et Balbinum, et Gordianum seniorem: qui nunquam quia statim ab usurpato Imperio extincti sunt.

48) Eusebius Hist. l. 6, c. 34. Orosius l. 3, c. 20: Philippus primus omnium Imperatorum Christianus fuit: ac post tertium Imperii annum millesimus a conditione Romae annus impletus est. Ita ludis magnificis augustissimus omnium praeteritorum hic natalis annus a Christiano Imperatore celebratus est. Nec dubium, quin Philippus hujus tantae devotionis gratiam et honorem ad Ecclesiam reportarit; quando vel ascensum esse in Capitolium, immolatasque ex more hostias, nullus auctor ostendit. Occasionem, qua Philippi, pater et filius Christiana sacra susceperunt, narrant Acta B. Pontii apud Henschenium ad 14 Maji. Eosdem Caesares fuisse Christianos, consentiunt Martyrologia Usuardi, Adonis, et Romanum; item Hieronymus de Script. eccl. in Origene; nec non recentiores Critici prope omnes.

49) Exstat Graecii Stiriae monumentum cum inscriptione sequenti:

I. Vario. Clementi
Ab. epistolis. Augustor
Proc. Provinciar. Belgicae
Et. Utriusque. Germ. Raetiae. Mauret
Caesariens. Lusitaniae. Ciliciae
Praef. equit. alae. Britannicae
Miliar. Praef. auxiliorum. in. Mauret
Tingitan. ex. Hispania. missorum
Praef. equit. al. II. Pannonior
Trib. leg. XXX. Ulp. Praef. Coh. II
Gallorum. Macedonicae
Civitas. Treverorum
Praesidi. optimo

Exstant et aliae tres hujusmodi inscriptiones huic Praesidi erectae, et quidem alia Petovione, alia in agro Valeriae (regione inter Noricum et Pannoniam) tertia Celejae. Ex his primam posuerunt Cives Romani ex Italia et aliis provinciis in Raetia consistentes. Vid. Velserus rer. Aug. l. 6, et in Append.

50) Orosius l. 7, c. 21. Sulpitius l. 2, c. 32.

51) Eusebius l. 7, c. 1. Qui de benevolentia Valeriani erga Christianos, l. 10 scribit: In Valeriano illud ante